1425

7

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo vigesimoquinto indictione tercia, die tercio decimo mensis januarii, egregius et nobilis vir dominus Ladovicus Lauredano quondam egregii et nobilis viri domini Johannis honorabilis civis et habitatoris Venetiarum in contrata sancti Cancianii, sponte, et ex certa sua scientia, vendidit atque tradidit egregio, et nobili viro domino Gabrieli Barbadico quondam egregii atque nobilis viri domini Antonii, honorabili civi, et habitatori Venetiarum in contrata sancti Jeremiae, ibi presenti, et pro se, et suis heredibus ementi, stipulanti et recipienti, quamdam ipsius domini Ladovici sclavam de genere Rossie, vocatam in lingua latina Agnete, [illegible] super ipsa sclava nomine [illegible] cum omnibus suis membris, datibus et super inducta sanam, cum omnibus suis membris datis et ex tunc [illegible] manifestis et ammortuo caduco, et hoc precio, et precii nomine ducatorum sexagintasex auri. Quos quidem precium sive quos ducatos sexagintasex ducatorum prefatus dominus Ladovicus Lauredano venditor in presentia mei notarii et testium infrascriptorum in prenominatis ducatis auri a dicto nobili viro domino Gabriele Barbadico emptore predicto habuit et recepit. Et ex nunc prefatus dominus Ladovicus venditor constituit ipsum dominum Gabrielem emptorem super dicta sclava juris atque contenti ipsi domino Gabrieli emptori, super dicta sclava plenum et merum dominium, cum libertate et potestate de ipsa sclava ducendi, disponendi et faciendi prout de sua processerit voluntate. Promittens prefatus dominus Ladovicus venditor se et suos heredes ipsi domino Gabrieli emptori predicto et suis heredibus de bona sclava, litem non movere, nec in suis heredibus nec movere ut inferent consentire et eam pro ferre, nec movent ut inferent consentire et eam pro parte legitime defendere dictam sclavam, ubique et quando atque expresse legitime defendere sua sclava, ab unoquoque impedimento atque et heredum autorizare et disbrigare omnibus ipsius venditoris et heredum suorum propriis laboribus, et expensis sub obligatione omnium bonorum dicti venditoris et suorum heredum bonorum presentium et futurorum. Actum Venetiis in Rivoalto, ad apotecam mei Johannis orexini dicti Bene notarii infrascripti presentibus ser Nicoleto Aste quondam ser Ludovici de Bene notario et ser Bertuccio Nigro notario sancti Marci et ser Simoneto Ferroni de sancto Margarite Cimi et Simoneto Veneciis testibus ad predicta vocatis et rogatis.



Ego Johannes orexini quondam ser Bartholomei orexini dictus Bene de Veneciis publicus imperiali auctoritate ac Venetiarum notarius et judex ordinarius predictis omnibus et singulis interfui et rogatus scripsi et publicavi, signoque solito meo roboravi.